



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

Capvt XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

C A P V T X I.

Synopsis.

I. Quaratione Roma ad Romanam Ecclesiam pervenit, disputatur. Leo I saecularis Gregorius II. ob novum censem quem à Romanis exigunt non sinebat, intercedendum curat. Quis ille census. Edictum deinde de imaginibus deiiciendis Romanam missum. Omnes Itali conspirant pro salute Pontificis. & Duxi sibi eligunt.

II. In Romani Ducis electione, que fuerint partes Pontificis. Illi licet quod libui. Sed jure ordinario hoc populo competebat. Magna tunc Pontificis reverentia per Occidentem. Ejus sedes Rome constituta, ut pacem Regibus procuret. S. Petrus ut terrenus Deus. Gregorius Italos compescuit à rebellione.

III. Concilia Graecorum historicorum cum Latina. Quaratione intelligendum videatur quod aiunt Greci, Gregorium ab Imperio abduxisse provincias Italia. Cum Exarcho redit in gratiam, & ejus auctoritatem Rome quoque restauravit. Leonem non excommunicavit, sed Gregorius III. generalibus verbis.

IV. Leo Imp. Ecclesia Romana patrimonia invaserit. Eorum reditus, è Theophane. Qui perperam explicans ab Alemanno. Ejusdem error in donatione Ludovici Pij explicanda.

V. Pontifices post latifundia invasa, & heresim Leonis, ejus imperium coluerunt, & Republica curam ampliæ sunt; ut pater è Gregorio III. & Zacharia. Exarchus pulso, Aistulfus Rex Roma minatur. Legatus Constantini Copronymi in urbem advenit. Stephanus III. illi se adjungit ad repetendam Ravennam à Longobardis. Auxilium petit ab Imperatore Orientis, sub ejus imperio Roma hucusque stetit. Cum nulla fides praesidij è Gracia, Stephanus arma Pippini implorat.

VI. Immatatio in Romana urbis administratione, post victoriam Pippini, & donationem Exarchatus. Vnde cum provinciis, Pippinus contulit Ecclesia Romane Patriciatum dignitatem & auctoritatem. Patriciatum quoque Romanorum delatus Pippini, electione, Romadubus Patricii in solidum subditam, Romano Pontifici, & Regibus Francorum. Probatur Patriciatum collatum fuisse à Pippino, ex Hadriano, unde quoque Patriciatum auctoritas ostenditur. Communio Patriciatum Romani probatur ex epistolis Pauli Pape.

VII. Plenam administrationem rerum civilium in urbe Roma post hec Pontifices exercunt; ut patet è gestis Hadriani I. Ceterum nondum reverentiam Imperio CP. debitam depofuerant, quod ostenditur ex epistolis Hadriani. Inde petitur ratio cur Patriciatus solium collatus fuerit Stephano à Pippino, & vice versa, cur etiam in donationibus mentio Romana urbis facta non sit. Administratio Rom. Pontificum probatur quoque è Ludovici Pij donatione.

VIII. Patriciatus Romanorum concessus regibus nostris, aequo jure cum Patriciatu Exarchorum; è facto Hadriani, è litteris Caroli ad Leonem III. & ex Egihardo. Populus Rom. sacramentum fidei prefatis Carolo Patricio.

IX. Angilbertus Romam à Carolo missus, ut de utriusque Patriciatu confirmingando cum Leone tracta-

ret. Patriciatum vertunt in dominatum urbis. Quod significatur Lateranensisbus picturis, ex conjectura auctoris. Tunc dictus Leo III. à Romanis Dominus Noster; & Carolus quoque. Cujus esse dicitur civitas Romana, à Paulo Diacono.

X. Ex hoc dominio gradus factus ad Imperatoris titulum. Eum Carolo Pontifex contulit, jure supremi dominij, quo potiebatur in Romanam civitatem. Non illum instituit, sed instaurauit. Qui faciens erat in domino, de sua dignitate aliquid detrivit. Carolum adoravit. Tunc omnino discessum à Grecorum imperio. Explicatus Theophanes.

XI. Post imperium datatum Carolo, consortium dominij remansit. Carolus reos capite damnat Rome, qui rei erant laesa maiestatis erga Leonom. Consortium quoque probatur è constitutione Lotharii, qui legem condit Romanis ex auctoritate Papa & sua. Sententia illius legis. Carolus Calvus consortium amavit, & omnibus regis iuribus cessit. Roma deinceps sub solidi Pontificis dominio, è Constantino Porphyrogeneta.

XII. Quibus gradibus Reges Francorum supremum Romane civitatis dominium in Romanos Pontifices contulerint, breviter recensetur. & explicatur donatio Ludovici. Postquam soli Pontifices sine communione Domini sunt efficii, nomen suum in annorum computationibus adhibuerunt. Omnem auctoritatem secularem à Regibus Francorum trahunt.

- I. IN enumeranda rerum donatarum serie, Romam ejusque Ducatum consulto omisi; quia vix constat quo pacto Summorum Pontificum dominio adscripta fuerit. Attamen si attentius rerum gestarum ordo expendatur, ad illius arcani cognitionem perveniri poterit. Nicolaus Alemannus id unum sibi expedire visus est, à Carolo non fuisse collata. Quo autem jure à Gracis ad Romanam Ecclesiam confluxerit, omnino dissimulat. Vir doctissimus existimat Carolo accepto ferendam Romani Ducatus donationem. Sed non minor restat difficultas discutienda, de jure Caroli, qui nec bello à Gracis Romanam civitatem, ut ceteras quafdam provincias, repetivit, nec in eam jure Longobardici regni aliquid sibi vindicare potuit. Quare paulò alius historiæ series repentina est, maximè cum illustriores aliquot eventus, nondum satis planè discussi, occurrant. Leo I saecularis Constantinopolitanus Imperator, infensus Gregorio II. non ob novas opiniones, sed quod novum censem agi in Romana provincia non patetur, cum per Marinum Spatharium Ducentum Romanum, deinde vero per Paulum Patricium & Exarchum interfici curavit. Sed impius conatus auxiliis Longobardorum & Spoletanorum elusus est. Census ille, cuius exactionem Gregorius impedivit, erat capitatio ei similes quam Siciliae & Calabriae indixit; de qua haec sunt Theophanis verba: φόρος κεφαλικούς τῷ τρίτῳ μέρει Σι-

καλαζειας τοι λαοι επέγνωε. Tributum imposuit in capita tertiae partis populorum Sicilia atque Calabria. Misso deinde editio, quo imagines dejici præcipiebat, Romano Pontifici gratiam suam Leo pollicetur, si nefarior definitioni subscriberet, alioqui suo gradu quantocuyus pellendum minatur. Gregorius statim se adversus hostilem Principis animum parat, monetque Pentapolos & Venetiarum exercitus ut ab ea impietate sibi caveant. Subita rerum convercio; omnium mentes ad Pontificem tuendum inclinatae, ab Exarchi obsequio desculpent, & delectu suo quique sibi Duces praeficiunt, ut testatur Anastasius. Tunc ergo Dux Romanorum provincia, quemadmodum & cetera, suo arbitratu, id est, procerum delectu, habuit; qui eodem jure uteatur in administranda republica, quo Dux ab Imperatore missi.

II. Si quæratur quænam fuerint partes Romani Pontificis in Duci creatione, non obscurè responderi potest ex Anastasio, procerum suffragiis electum, quemadmodum in ceteris civitatibus. Attamen ea erat Summi Pontificis auctoritas, ut illi in eo negotio licuerit quod libuerit. Ceterum si de ordinario jure agatur, ea omnia à Senatu populoque Romano peracta sunt. Nullum enim imperium in Italia vel in Romana provincia exercebat Romanus Pontifex. Verum tanta ejus erat apud omnes reverentia, ut difficiliores Principum controversias componeret, & bellorum pacisque momenta temperaret. Hoc observat Gregorius II. in epistola ad Leonem; docetque Pohtificis solium Romæ eo consilio constitutum, ut pacem Orientis & Occidentis conciliaret, sive medium, véluti parietem quandam intergerinum, Principum collisionibus interponat. Addit universum Occidentem oculos ad se conversos habere, & ab omnibus Occidentis regnis beatum Petrum terreni cuiusdam Dei loco haberi. Quid ergo tantæ auctoritatis viro non licuit in nova Romani Duci constitutio ne? præcipue cum ad ejus tuitionem, & religionis securitatem, hæc consilia caperentur. Sed aliud est maiestate nominis & dignitate sedis aliquid à volentibus impre trare, aliud jure suo agere. quod nondum Gregorio competebat. Voluerunt Itali in apertam defensionem erumpere, & novum Principem creare. Sed Pontifex intercessit, & hortau Luitprandi Regis in amicitiam rediit cum Eutychio Exarcho, eique suam auctoritatem, teste Anastasio, restituit in Romana civitate.

III. Ex iis quæ retuli componi potest

discrimen quod intercedit inter Latinos Historicos & Græcos. Theophanes enim, eumque secuti Zonaras & Cedrenus, docent Gregorium II. Romam atque Italiam ceteraque Occidentis provincias ab obedientia imperioque Leonis abduxisse. Nostri verò constanter afferunt eum in officio populos continuuisse, & in fide Imperio debita. Itaque dicendum est, ex haeresi à Gregorio damnata occasionem quidem sumpsiisse Italos pellendorum Ducum ab Imperatore constitutorum, & vœtigalium retinendorum. Sed ille tantum abfuit à rebellione fovenda, ut Exarchum in integrum restituerit. Vel planè dicendum est, Græcoscriptores ea omnia velut in unum fascem conjectisse quæ diversis temporibus acciderunt, remque totam ad Gregorium II. rerulisse, cuius origo tantum inde peti debet. Revera enim Gregorius II. Leonem binis literis monuit, sed non excommunicavit; quamvis ita ferat communis opinio, quam nos quoque secuti sumus libro primo cap. 1. §. iv. Gregorius verò III. monitum per literas suas Principem, inter ceteros, non autem nominatim, excommunicavit

Theophanes in
Chronico: *σεριγ
η Πάριλος, κατά το
μέσον, το μεταξύ της περιπολίς της τε
λευταίας της οχυρώσης της Καλαζειας
Διόρθηση, το μέσον
της αρχαίας βασιλείας.*

Hadriani in ep.
ad Carol. M.
Nicolus in ep. ad
Michaëlem.

Theophanes: *το
λαζαρικόν πατρι-
πολιτείαν αποτελείσθαι
τον κορυφαῖον Λαζα-
ρικὸν τοπίον της Αιγαίου θάλασσας
προσερχόμενον το
μέσον της Ευρωπής
καὶ της Ασίας
τοποθετεῖται.*

Nicolaus Aleman.
in Difl. de Lat.
teran. Par. 1. 15.

Donatio Ludovic.
ci Nicanor & con-
sum, & pensiones;
sive cetera dona-
tiones qng annua-
tum in Palatino.
Regis Longobardorum inferri se-
lebant, sive de
Tuscia Longobardorum, sive de
Dacatu Spoleto.

ratoris nomine, Exarchi persolvebant. Ludovicus enim de iis pensionibus, censibus, & donationibus loquitur, conceptis verbis, quæ Reges Longobardorum à Tuscia & Ducatu Spoleto exigere soliti erant, quas à regio Longobardici regni ærario recidit, & Romana Ecclesia liberaliter dedit.

V. Latifundiorum & patrimoniorum capiones ab hæreticis Principibus profectæ non abalienarunt Pontificum animos quin Imperij majestatem colerent; ut patet ex epistola Gregorii III. ad Bonifacium, quæ data est imperante Domino piissimo Augusto Leone, imperij ejus anno vicecimotertio, sed & Constantino Imperatore ejus filio anno vicecimo. Stephanus quoque Patrius & Dux

Anastasius in vita
Zachariae.

Romanæ civitatis celebratur sub Gregorio III. & initis Zachariae. Hic Pontifex quatuor oppida, quæ à Romano Ducatu Longobardorum Rex Luitprandus avulserat, restitui impetravit, adjecto viginti annorum feedere. Ticinum profectus, iterum exorato Rege, infestas Longobardorum copias à finibus Ravennatum ab Eutychio Patrio & Exarcho rogatus avertit, atque duas partes territorij Cæsenatis à Longobardis invasæ reipublica restituendas obtinuit; tertia parte pignorisjure retenta, donec Legati redirent, quos Constantinopolim Rex Longobardorum miserat. Non potest liquidiū demonstrari retentam hac tempestate à Summis Pontificibus Imperij curam, & imperatorios magistratus Ravenna & Romæ rebus administrandis præfuisse; ita tamen ut spes omnis conservanda Italiae in summa Pontificis dignitate collata esset. Quare Zachariae iterum laborandum fuit adversus Rachim Regem Longobardorum, Romanæ provinciæ infestum; quem oratione sua exuit armis & sceptro, & ad monachicam vitam amplectendam impulit.

Hactenus foedera satis bene cesserant, & dignitatis pontificiæ ratio habita fuerat; cum etiam Aistulfus foedus in annos undecim pepigisset. Sed potentiori, belli causa non deseruerunt. Ravenna capta, Eutychio pullo, utantè dixi, Stephanus Pontifex à foedifrago Rege ipsaque Roma petitur. Nondum Romani deseruerant Imperatoris obsequium. Adebat missus Romam à Constantino Copronymo Ioannes Silentarius, cum literis ad Papam & Aistulfum. Legatum Ravennam adeuntem comitatur Paurus Diaconus, frater Stephani III. ut provinciarum restitutionem impetrat ab Aistulfo; sed frustra. Quare Stephanus suis quoque Legatis cum Imperatore, licet hæretico, summopere contendit ut valido

exercitu instructus quantocytus adventet ad tuendas Italæ provincias urbemque ipsam. Cùm autem nulla spes præsidij è Græcia supereret, unicum salutis subsidium Stephanus censuit Gallicanæ pietatis arma implorare. Cernens, inquit Anastasius, ab imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium; tunc decefforum exemplo, Regem Francorum suis literis ad auxilia mittenda sollicitavit. Huc usque Romana civitas, licet calamitatibus bellii vexata, imperium Constantini Copronymi agnovit.

V. I. Pippini de Aistulfo victoria, & colatus Romanæ Ecclesiæ Exarchatus, statum Romani Ducatus immutarunt. Si tabulæ foederis in Carisiaco id est à Stephano cum Pippino extarent, non esset laborandum de conditionibus, quas tamen ex evenitu colligere licet. Monui libri primi capite ultimo, à Stephano & Proceribus Romanis Patriciatum Romanum Pippino & ejus filiis collatum; ut vice versa Pippinus Stephano Exarchatum spopondit. Non opus est verborum circuitu. Pippinus non solum provincias Ravennæ subjectas, sed etiam omnem Exarchorum dignitatem & imperium Rothanæ sedi contulit; quod Romanæ quoque civitatis administrationem complectebatur, quæ summa jurisdictioni Exarchorum parebat. Pippinus quoque Patriciatum Romanum suscepit, id est, consortium imperij in Romana urbe & provincia. Quod in hac calamitate Romani liberum sibi esse putarunt, propter necessitatem defensionis, sine injuria Constantinopolitanorum, ut inferius dicetur. Itaque duabus in solidum Patriciis exinde Roma paruit. quod deinde continuatum est sub Imperatoribus Occidentis, ut statim dicam. Hac nova animadversione res alioqui obscura poterit illustrari. Quod quidem apertius erit ex quotidiano usu alienationum patrimonij regij; quibus saepissime redditus annui tantum & jurisdictione ordinaria transferuntur, sed aliquando etiam Ducis vel Comitis dignitas unâ cum imperio confertur. Hujus generis erat Pippini munificentia. Non enim solas provincias & civitates, sed solidam Exarchatus seu Patriciatus dignitatem contulit. Cujus rei testis est Hadrianus I. qui à Carolo postulavit ne Ravennianos vel Pentapolenses, ad se commeantes, sine pontificiis literis susciperet, & si qua de re conquererentur, ad judicium Romanæ sedis eos remitteret; ut integer & illibatus permanerer Patriciatus à Pippino collatus. Sed præstat integrum locum describere, ex quo id constabit quod proposui; & præterea quæ tunc esset Patriciatus significatio, nempe

Anastasius in vita
Stephani III. Secundum
jurisdictionem cre-
taream hanc Ro-
manam, vel sub-
iacentem ei capi-
tulare indigne-
ter afferat.
Anastasius in vita
Stephani III. Con-
tendit Romani
Ianus Imperia-
tu Silentiarius, de-
fensus eitem fan-
tisimo Pontifici
regiam justificans
finalique & clia
ad hominem prædictis
Regi impi deculc
adversari an-
nexam justificans
ut Republica loca
ut Republica loca

summum imperium cum dignitate conjunctum. Sed quæsumus vestram regalem potentiam, nullam novitatem in holocaustum quod B. Petro sanctæ recordationis genitor vester ob tulit, & vestra excellentia amplius confirmavit, imponere satagat: quia, ut fati estis, honor Patriciatus vestri à nobis irrefragabiliter conservatur, etiam & plus amplius honorificè honoratur. Simili modo ipse Patriciatus B. Petri fautoris vestri, tum à sancte recordationis Domino Pippino magno Rege genitore vestro in scriptis in integrō concessus, & à vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat. Patricij dicti, illo seculo, & superioribus, qui provincias cum summa auctoritate sub Principium imperio administrabant. Hinc Narses Patricius in Italia, apud Iustinianum; Salomon Patricius Africæ, apud Victorem Tunnunensem; Priscus Patricius Orientis, apud Gregorium M. & alij apud auctores, quorum testimonia sunt notissima. Ejus generis fuit Patriciatus uterque Romani Pontificis & Regum Francorum. Communio hujus Patriciatus pater ex epistola Senatus populi Romani ad Pippinum, qua juxta Regis illius monita profitentur se fideles servos esse Romana Ecclesiæ & Pauli Papæ, quemadmodum se fideles Pippini inscribunt. Ex eo etiam manavit quod Paulus Papa ait Spoleratum Ducem ejusque Satrapas in fide B. Petri & Pippini sacramentum præbuisse.

VII. Itaque post ista tempora plenam in rebus civilibus administrationem Romæ Pontifices exercuerunt; nisi rebellionum motibus aliquando impedirentur. Vnde statim atque Hadrianus I. electus fuit, quosdam proceres exilio damnatos per tumultum revocavit in urbem, alios & carceribus dimisit, teste Anastasio. Deinde cùm de Sergij Secundicerij nece uliscenda ageretur, Primates Ecclesiæ, & judices militiæ, Hadrianum adierunt, enixè rogantes ut de reis quæstionem fieri decerneret. Quorum alij quidem erant adscripti clero, alij è laïco ordine, & inter ceteros Leontius Tribunus. Tunc, inquit Anastasius, prefatus sanctissimus Presul, precibus judicium univerisque populi Romani, iussit contradere antefatum Calulum Cubicularium & prenominatos Campanos Prefecto urbis, ut more homicidarum eos coram universo populo examinaret. Auctor verò nefandæ illius cædis Paulus Cubicularius, Ravennæ tantifacinoris pœnas lovit. Ceterum non dissimulandum est, Pontifices ea tempestate nondum ab Imperatorum maiestate colenda recessisse, & iisdem conditionibus cum illis egisse quas Exarchi & Patricij olim implebant. Id colligi-

tur ex eo quod Hadrianus pœnam capitatis à Paulo amoliri cupiens, illi exilium indixit, deportarique in Græciam iussit; sed plenam criminis indulgentiam, & deportationis locum, ab Imperatoribus postulavit: quamvis litera perlatae non fuerint, dolo Ravennatis Episcopi. Adscribi fecit suggestionem suam Constantino & Leoni Augustis magnisque Imperatoribus, inquit Anastasius, significans de ipsis Sergij cæci impia morte, atque deprecans eorum Imperiadem clementiam ad mendacitionem tanti reatus ipsum Paulum suscipi & in ipsis Grecia partibus in exilio mancipatum retincri precipierunt. Extat in Actis septimi Synodi ejusdem Hadriani epistola ad Constantimum & Irenem, qua illos tanquam dominos verbis quam submissis affatur; ut dubitari non possit quin supremum imperium Principum Constantinopolitanorum agnoscerent. Vnde patet ratio cur Pippino à Romanis collata fuerit sola Patriciatus dignitas, vicissimque Pippinus Stephano solum Patriciatum contulerit, non autem regium vel imperatorium nomen; quoniam, ut dixi, nondum Græcorum jugum omnino deposuerant; ideoque iisdem dignitatibus titulis utebantur quos Imperatores conferre solebant. Eadem ratione in donationibus Pippini, Romæ nulla mentio facta est; quia sine injurya Imperij, ejus urbis proprietatem in Romanum Pontificem specialiter transcribere non poterat, quemadmodum ceteras Exarchatus provincias, quas jure belli à Longobardis eripuerat; invalidis ad ea bella sufficienda & recusantibus Græcis. Itaque satius visum est Patriciatus collato, imperium Exarchorum in ceteras provincias, & per consequentiam in Romanam civitatem, ejusque Ducatum, transferre; majestate Imperij Orientalis non omnino læsa. Hoc suum esse consilium Pippinus satis docuit iis literis quibus post collatum Exarchatum, Senatum Populūmque Romanum monuit ut constantiam fidei sua B. Petro & Paulo Pontifici demonstrarent. Præter eas probations quæ petuntur ex historia, Ludovicus Pius, in donationis instrumento, satis testatur ante sua tempora possessam à Pontificibus Romanam provinciam, non solum à Leone, cui concessam à Carolo vir doctissimus putavit, sed etiam ab aliis. Etenim Paschali I. qui Leonem exceperat, Concedo, inquit Ludovicus, per hoc pacatum confirmationis nostræ, sicut à predecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & dispositis civitatem Romanam, cum Ducatu suo &c. et si non omnino anxiè de variis administrationis gradibus sollicitus fuerit.

X ij

VIII. Restat ut aliqua dicamus de Patriciato Pippini & Caroli. Superius obseruatum est ex Hadriani epistola, utrumque Patriciatum aequali gradu stetisse. Nec profectò ulla ratio evincit eum novam Patriciatus significationem communiscamur, alienam ab ejus seculi usu, ut de Regum nostrorum dignitate & auctoritate detrahamus. Quare iterum dico, merus Patriciatus Romanorum Pippino à Stephano & Romanis per electionem collatus est, quo defensio & patrocinium Ecclesiae Romanæ præcipue continebatur, (qua de re alibi dixi) sed præterea etiam integra & solida Patricij dignitas & auctoritas. Hoc professi sunt Romani, quando Carolum à Papia obsidione Romam advenientem, veluti Exarchum & Patricium suscepserunt: *Obviam illi ejus sanctitas (id est, Hadrianus) dirigen venrandas cruces, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum aut Patricium suscipiendum, cum cum ingenti honore suscipi fecit.* Post obitum Hadriani, Leo III. statim à pontificatu suscepito, sua electionis certiorem reddidit Carolum, & obedientiam illi atque fidelitatem spopondit; ut docent Caroli literæ ad Leonem, apud Alcuinum.

*Carolus ad Leo.
men ep. 84. apud
Alcuin. Perdidit excellen-
tia vestigia litterarum
& auctorita decreta
li charabili, & val-
de, ut facere ex-
cepti suorum fini
eleccionis unan-
imitate, seu in
honorabilitate nostre
obedientia, & in
gratia fidei ad
nos fidelitatem.*

*Nicolaus Aleman-
nius legi vult ad
eum, nullo festu,
& contra codicium
fideri.*

*Ego hardo in An-
naliibus ad an.
794.*

Anastasius.

*Ep. Cir. ad Leo.
men. Angilbertus
vestigia fauillarum
dileximus; ut ex
callatione mons
confratris quid-
quid ad exalatio-
nem sancte Dei
Ecclesie, vel ad
stabilizationem hono-
ris vestri, vel Pa-
triciatus nobis fir-
mitatem, nece-
ssariam intelligere-
re. Sic enim cum
bestiis prode-
cessore vestro san-
cta paternitatis
pallium inq., sic
cum bestiis
veli, & cibidem p-
dei & carissi-
matis fauillae
fatuere disidero.
Frustra hic Ale-
mannus, simile
Paternitatis, que*

N. Leo Papa, illinc, D. N. Carolo Regi. Nicolaus Alemannus existimabat aliquid arcani hac tabula significari, scilicet translationem Imperij ad Carolum, & restitutio- nem Leonis in sedem suam. Goldastus cen- sit historiam rei gestæ insinuari, nempe electionem Papæ, & vexillum Patriciatus ab eo missum ad Carolum. Mea verò con-jectura haec est, innovationem qua post colloquio Angilberti cum Leone in Romanæ civitatis imperio accedit, hac tabula posteris designari. Patriciatum enim uter- que, Leo & Carolus, in dominationem verterunt, & supremæ jurisdictioni quam exer-cebant, proprietatem & dominium Urbis adjunixerunt. Haec est honoris stabilitas, & Patriciatus firmitas, de qua constituenda consilium iniri volebat Carolus. Nullus Ponti- ficum ante Leonem III. Dominus Noster in- scriptus est, ut fatetur Alemannus. Post illum, eo titulo in scriptis & in acclamatio- nibus Pontifices Domini Nostri apud Roma- nos audire ceperunt. Ad perpetuam hujus rei memoriam, nomisma quoque cusum est: in cuius altera facie simulacrum Petri cum clavibus humero impositis, in aversa haec inscriptio expressa est, D. N. Leoni Papa. Titulus dominij vetat ne Leoni I. tribui posse, ut placuerat Illustrissimo Annalium conditori. Dominus quoque dicitur Carolus in hac inscriptione. unde fluxit ut Paulus Diaconus, cum breviationem Festi Carolo nondum Imperatori dedicaret, Romuleam vestram civitatem diceret.

X. Hic dominij titulus Leoni & Carolo ad- scriptus, gradus fuit ad Imperij dignitatem adipiscendam. Quod accidit post quatuor annos. Cum enim Romam se Princeps con- tulisset, ut injuriam illatam Leoni ulcise- retur, vicem tanti beneficij Leo rependens, ut loquitur Theophanes, Carolum Imperij corona auxit. Id factum die Natalis Domini, inter Missarum solennia, cuncto Roma- no populo acclamante: *Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romano- rum, via, victoria. Quæri solet magna contentione, quis Imperium Carolo contulerit. Duobus verbis Anastasius eam controv- ersiam dirimit: Ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum.* Sanè ut diffidendum non est tanti momenti negotium sine con- sensu populi Romani, cuius maximè inter- erat, confici non debuisse, ita negari non potest quin præcipua partes essent Romani Pontificis; non solum rationeunctionis & sacræ inaugurationis, sed etiam ratione no- vœ auctoritatis qua tunc Carolo confereba- tur. Itaque verè dici potest, Leonem III. contulisse dignitatem imperatoriam Caro-

ta in facilius
Carolinum locum
filium pertra-
fuisse Hadriani
non atra fissa
spiritus ad al-
ce aperitum in
locis.

*Niccol. Alm. 76.
lect. c. 11.*

*Paulus Diacon. a
ep. deduc. filii
Et præcipuam
ratio vestigia
mallei ex.*

*Theophanes in
Chron. à Ann.
Karakasius
ab. i. inq. in
dict. dicitur
Pau. Diacon.
Egidi. ad lec.
Anastasius in
Lec. III.*

& Imperij Lib. III. Cap. XI.

167

lo: quam non instituit de novo, sed jure su-
premi dominij, quod Romæ obtinebat, in
ruderibus antiquæ urbis latenter restaura-
vit. Quia in re de suo quoque aliquid contu-
lit. Etenim qui antea consortes erant & so-
ciæ ejusdem dominij, nunc inæquali fœdere
conjungi videntur in detrimentum aliquod
pontificia dignitatis. Quare statim post il-
lam renuntiationem Carolus à Leone Pon-
tifice more antiquorum *Principum adoratus est;*
ac deinde, omisso Patricij nomine, Imperator &
Augustus appellatus; ut obseruat Egihardus.
Adoratio illa pro hominum conditionibus
varia. Infimæ fortis homines purpuram
Principis, aut pedes, hi manus, pro sua
quisque dignitate, Patricij verò pectus,
deosculabantur. Leo pectoris vel etiam oris
osculo novam Augusti dignitatem prosecutus
est. Et Carolus ipse, ut splendorem sibi
adjectum testaretur, omisit Patricij nomen,
& imperatorium assumpsit. Tunc aperte
professi sunt Romani se ab Imperio Græco-
rum discessisse. Quæ ratio Theophanem
impulit ut scriberet ab eo tempore Romam
ad Francorum potestatem redactam: *γεω-
ργίου τοῦ πάπιου απ' οὐκέτην ρυπαῖς ἐπὶ τῷ
εἰσοδίῳ τοῦ Φρεγγαρίου.*

XI. Attamen consortium dominij obli-
teratum non est, et si accessione dignitaris
in Carolo pontificio majestas aliquo pacto
premi videretur. Quare post Imperium sus-
ceptum Carolus ut *majestatis lēse* reos capi-
te damnavit Romanos illos qui vitæ Leo-
nis insidiati erant. Qua sententia summum
Leonis in urbem imperium suumque san-
civit; maxime cum precibus Leonis pœ-
nam damnatis condonasset. Consortium
quoque dominij probatur luculentissime
ex constitutione Lotharij Imperatoris, qua
prudentissimè cavit ut populus Romanus
delectum urbis legis faciat, ex cuius præ-
scripto judicia peragi possint. Perturbata
enim erat ratio judiciorum ob multitudi-
nem populi è variis regionibus in urbem
confluentis, qui Longobardica, Francica,
vel Romana lege, pro suo quisque arbitra-
tu, nunc hac, deinde illâ judicia reddi
contendebat. Præcipit ergo Lotharius, ut
quam legem ex illis populis selegerit, ejus
præcepta sectetur; cuius violata pœna illi
inficitur per dispensationem Pontificis & no-
stram, inquit Lotharius. Carolus Calvus
Imperator à Ioanne VIII. renuntiatus,
consortium illud amovit anno octingente-
simu septuagesimo sexto, solidumque jus
in civitatem Romanam sedi apostolicæ tri-
buit. Vnde post aliquot annos conquere-
batur Eutropius Presbyter Longobardus,
jura & consuetudines regni à Carolo in

Pontifices transcripta; adeo ut qui vice
Imperatoris præfetus erat Romanis, tunc
illis subiectus esset. Quare eleganter Con-
stantinus Porphyrogenneta Imperator CP.
juxta seculi sui statum scripsit circa annum
nongentesimum decimum quartum, tri-
ginta annis post Caroli Calvi liberalitatem,
à Romano Pontifice Romam jure dominij
teneri; *ἰδιορεγτοῖς εἰς Χριστὸν θεοὺς καὶ κυρούς
τοῦ πατρὸς Θεοφάνεαν Πλάτανον.*

nisi & perdonau-
erit illis pars regni, &
confundendae illi-
bus. In factis Cau-
sus illis consulit,
que valuerunt.
Constantinus Porphy-
rog. I. 2. de The-
ophan.

XII. Ceterum non est prætermittenda
gravis difficultas quæ oritur ex dona-
tione Ludovici Pij; qui nihil sibi auctorita-
tis neque in Romanam provinciam neque
in ceteras reservavit, præter solas pre-
ces & *intercessionem* suam erga Pontificem,
si quis à judicibus oppressus ad se confu-
geret. Sed nostra sententia hoc nihil ad-
versatur, quin potius Regum nostrorum
pietatem commendat. Etenim Pippinus
Patriciatum Ecclesias Romanæ contulit,
id est, supremam administrationem, reser-
vato sibi quoque Patriciatu suo. Carolus
Magnus ex fœdere cum Leone inito, do-
minium administrationi adjecit, dominio
quoque sibi in solidum retento, absque usu-
fructu: quod illi cum Imperatoris digni-
tate magis confirmatum est. Ludovicus
communionem exercenda jurisdictionis,
quam in gravibus faltem causis, patris
exemplo, exercere potuisse, ab Imperio
removit. Solum supererat jus regni, id est,
potestas condenda legis, & fidei sacra-
mento firmata præstatio; qua Lotharius usus
erat. Hoc dominij consortium, quod in
hoc articulo superesse videbatur, Carolus
Calvus in Romanam sedem summa libera-
litate contulit. Inde fluxit mos ille adno-
tandi Pontificum annos in subscriptionibus
diplomaticis. Antea enim solis Principum
annis temporum ratio constabat, juxta No-
vellæ Iustiniani præscriptum. Quod secuti
sunt omnes Romani Pontifices in actis pu-
blicis usque ad Caroli Magni inaugura-
tionem. Tunc enim substituerunt Orientali-
bus, Occidentalium Imperatorum annos,
non adhibita sui pontificatus annorum com-
putatione. Sed post seculum nonum, jure
illo regio usi sunt Romani Pontifices in suis
diplomaticis. Etsi enim Iudæorum Ponti-
fices ea prærogativa fruerentur ut eorum
nomina in actis publicis adnotarentur, idé-
mque jus obtinerent olim Sacerdotes Augu-
stales Nicopoleos, ut docet Arrianus; at
tamen penes Christianos solis Imperatori-
bus hoc dabatur, donec Pontifices Romani
hoc quoque jus sibi vindicarunt, postquam
soli supremo urbis Romanæ dominio porti-
sunt. Quare constanter afferere licet, quid-

Lib. 1. Machab. de
Simone Pontifice:
επειδὴ πρόφορον
δὲ τὸν γένους
μαρτυρίου συ-
ντρέψας εἰς τὴν
Αριαν. I. 2. Dis-
citat. Epiph. c. 194.
επιμένει τοι-
ποτε τὸν γένος
τοῦ πατρὸς Θεοφάνεαν.

Epipl. in Annal.

Theophanem in
Cronico.

Epipl. in Annal.

Lib. 1. Leg.
Longob. T. 17.
Falsum ut con-
stat. quod papulus Pe-
trus intercep-
tor quæ legi vole-
vocare, ut nati-
legi, quæ sicut
profligant, ve-
nient, illi fore
adversari ut
hic volebantque,
tam judicis que-
sitione, vel reli-
qui populus
que, quæ si of-
ferimus contra
eas legem fer-
ente, idem legi
qua præfere-
re voleamus, præ-
diffinitionem Pontificis
et nostrarum ful-
luciarum.

Eutropius Presby-
ter inveniavit pa-
cem cum Roma-

quid juris, dignitatis, & auctoritatis civilis & publicæ, in Italiae provinciis, Romanæ Ecclesiæ competit, à Regum Galliæ munificentia profectum: qui jure patrocinij ad ejus quoque auctoritatis, quemadmodum etiam ad supremæ jurisdictionis spiritualis tuitionem, tenentur. Nemo itaque Principibus nostris invidere debet, si erga nos, nostraque, sedes apostolica indulgentius se gerit, antiquis hujus regni moribus, que ad salutem Ecclesiæ Gallicanæ conferunt, prudenter connivendo.

C A P V T XII.

Synopsis.

I. Agitur de donatione filii Constantini, ut consilium commenti expendatur. Card. Baronius putat à Græcis confitum. Quod refellit vir eruditus, qui Joanni Diacono tribuit hoc figuratum sub Othono primo. Hujus conjectura rationes. Schismaticus fuisse existimat vulgo hujus Edicti interpolator.

II. Ex sententia auctoris, erat potius Romana Ecclesiæ studiissimus. Non referit acceptam Constantino primatus auctoritatem, sed Christo. Deinde primatu hic decernitur ad executionem legis divine, exemplo Phoce, Valentianiani, & Iustiniani. Leo IX. & Petrus Damiani utuntur hoc Edicto ad probandum principatum spiritualis ac terrenum.

III. Probabile est interpolatum mandato Pauli Pape, adversus Græcos. Disceptatio Legatorum Pontificis & Imp. CP. coram Pippino. Tria capita hujus Edicti adversus Græcos. Primum, donatio Italiae & Occidentis à Constantino. Quæ explicatur.

IV. Secundum caput reprimi fastum Patriarcha CP. Non ex imperio, sed aucto, tribuitur Constantino dignitas patriarchalis Ecclesiæ Constantinopolitane, juxta mentem Græcorum media etatis. Sed Romana illi preferitur, & ceteris. Tertio capite, judicium in rebus disciplinae & fidei tribuitur Romano Episcopo.

V. Stylus Edicti non alienus ab etate Pauli. Donationis illius meminist Hadrianus I. octo annis post Paulum. Extat in Collectione Ifidorii eodem seculo. Eam allegant Hincmarus & Ado, ante Othonis I. tempora.

VI. Otho III. ait à Joanne Diacono consilium Edictum. Quis fuerit ille Joannes, ex sententia Frederici & Card. Baronij. Probabile est hoc Edictum obiectum Carolo Calvo. Expenduntur verba Othonis de dilapidatione quam Pontificibus objicit.

I. **Q**uod unum superest, de donatio ne Constantini pauca dicenda sunt; non ut eam à Constantino abjudicem, cùm à præclaris viris confossa & profligata sit; sed ut meam sententiam de consilio auctoris promam. Illustrissimus Baronius existimat hoc Edictum à Græcis confitum, ut Romanæ Ecclesiæ principatum ab Imperatore constitutum, non autem à Christo D. N. probarent. Sed illam tanti viri conjecturam refellit vir eruditissimus Joannes

Morinus variis argumentis, illóque præcipue, quod superior illa jurisdicçio Papæ in ceteros Patriarchas, à qua tantopere sunt alieni recentiores Græci, hoc Edicto constituta sit; in quam sententiam laudatur à Leone IX. adversus Michaëlem Patriarcham Constantinopolitanum. Deinde hoc Edicto jura Orientalium Imperatorum in provincias Occidentis ita convelluntur, ut nemo suspicari possit procusum fuisse à Græcis in suorum Principum manifestam perniciem. His addit, centum & quinquaginta annis antequam à Theodoro Balsamone transcriberetur hæc donatio, laudata fuisse à Latinis, nempe à Leone IX. anno M L I V. à Damiano anno M L X I I . ab Anselmo Lucensi, & ab Ivone. Quare ipse existimat à Græcis quidem non esse consarcinatum hoc Edictum, sed à Joanne Diacono in gratiam Ottonis Imperatoris & Teutonicorum; tum ut paulatim beneficia Regum Francorum, quibus Teutonici erant infesti, injecta mentione Constantini delerentur ex hominum memoria, aut collata cum illius munificentia, præ tenuitate obsolescerent; tum ut Pontificum eleccio ipsorumque rationes omnes ab Imperatorum arbitrio penderent. Ioannem Diaconum auctorem hujus fragmenti fuisse docet è diplomate Ottonis III. Imperatoris, cuius hæc sunt verba: *Hac sunt enim commenta ab illis ipsis (id est, Pontificibus) inventa, quibus Joannes Diaconus, cognomento Digitorum mutuis, Preceptum aureis literis scripsit sub titulo Magni Constantini, longamen- dacy tempora finxit. Hac sunt etiam commenta quibus dicunt quandam Carolum S. Petri nostra publica tribuisse.* Recet autem aliquot difficultatus satisfacit, ut afferat Ottoni III. illud diploma, de quo controversiam moverat Cardinalis-Baronius. In tempora vero Ottonis I. id est in annum DCCCCLXIII. conjicit hunc Ioannem Diaconum; quod tunc Joannes XII. pontificalia sede ab Ottoni dejectus, injuriam suam ultus est adversus quandam Ioannem Diaconum, naso, lingua, & duobus digitis truncatum; quem designare videtur diploma Ottonis, mutilos digitos tribuendo auctori suppositiij Edicti Constantini. Sed conjectura ista repugnat tum Ottoni I. quiliberalitates Regum Francorum noluit oblitterari, cùm eas differtè privilegio suo confirmaret; tum ipsi Ottoni III. qui donationem sub nomine Constantini publicatam, non ab aliquo jurium regiorum studio, sed à viro Romana Ecclesiæ commodis addicto interpolatam fuisse profitetur.

II. Ego vero, ut antiquitatis ecclesiastice

Diploma Ottonis
III. editio ap-
proxim. 11.
a Mariano
Frederici, & in
1151. f. 11.

Liberpauli